Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



43

balthasar regis accidisse memorantur. illa autem
que ante superiorem lecta est. nouissimo anno
ymmo nouissima die regni balthasar inscribitur.
Et hoc ñ solum in daniele. sed in hieremia quoq; &
ezechiel legimus. sicut in locis ipsis si uita comes
fuerit docere poterimus. Sed in superiorib⁹ ordo
sequitur hystorie. quod sub nabuchodonosor. & bal
thasar. & dario. siue cyro. mirabiliũ signa accidere.
In his ⁊ narrantur somnia que singulis sint uisa
temporib⁹. quorũ solus ꝓpheta conscius est. & nullam
habent apud barbaras nationes signi vel reuelati
onis magnitudinem. sed tantum scribuntur. ut
apud posteros eorũ que uisa sunt memoria ꝑseueret.
Visio septima. Videbam in uisione mea nocte. 55
& ecce quatuor uenti celi pugnabant in mari 55
magno. & quatuor bestie grandes ascendebant de 55
mari. diuerse inter se. Quatuor uentos celi. quatuor 55
arbitror angelicas potestates. quib⁹ principalia
regna commissa sunt. iuxta illud quod in deutero
nomio legimus. quando diuidebat altissimus gentes.
quando separabat filios adam. ĉstituit terminos
ꝑplorũ iuxta numerũ angelorũ dei. pars autẽ dñi